Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Epistola ad Procopium de fortuna

https://hdl.handle.net/1874/276308

¶ Incipit epiſtola Enee poete De fortunā ad do
minū Procopium militem:-

Eneas Silvius poeta.s.p.dicit dn̄o
Procopio de Rabensteyn militi litte
rato ⁊ preſtanti: Noctu preterita pri
uſq̄ me quieti ɔmitterē multa meū
de te locutus ſum. Mirabarqȝ tuis v̓tutibus non
dari locum cōuenientem: Quia licȝ acceptus ſis
Ceſari: Non tamen ut par eſſet efferri te video:
Nam cum reluceat in te nobilitas et probitas n̄
video cur inter primores poni non debeas Accuſa
ui ergo fortunam que tum: honoꝝ: tum diuiciaꝝ
creditur diſpenſatrix pluraqȝ in eā ſtomachatus
dixi Ut que viros premeret bonos. extolleret ma
los: Nec finē feci donec altus me ſompnus oppreſ
ſit: Inter dormiendū vero mira per quietem ſum
cōtemplatus Que tibi nunc referre decreui: Tu
arrige aures resqȝ: tum miras: tum ſtupēdas ag
noſce. Jam noctis decurſo ſpacio ſideribus dubijs
poſtq̄ pigri boete frigida ſarraca circūegerant. vi
ſionem hanc habui: In locos letos ⁊ amena virē
ta deueni. gramineꝰ campus ī medio fortunati ne
moris erat. riuo cinctus et muro. due illic porte.
Altera cornea. Altera candenti nitens elephanto:
Muri altiſſimi ex adamante conſtructi: Riuus ī
menſe profūditatis: Nulli acceſſus ad portas n̄
per pontes qui tamen cathenis eleuati paucis ad

venientibus dimittebãtur: In tipis e regione por
tatum exiſtentibus Ingens virorum ac femina
rum turba conſedebant. tendenteſqꝫ manus ora
bant tranſmitti: Tertius hac nouitate dũ hac
et illac circumcurſo plures michi obuij dantur
quorum facies agnoſcebam Neſcio tamẽ quare
factum ſit vt nemo michi ſermonis copiam face
ret: Veni ad corneam portam: In cui⁹ ſũmo hec
verba lr̃is ãtiquis in ſcripta ꝯſpexi: Paucos ad
mitto ſeruo pauciores: Auidus noſſe quid foret
interius: Iuuenem qui ſup̃ turrim erat magnis
precibus obſecraui. incaſſũ tamẽ michi vt fores
panderet: Tũ forte adoleſcẽs venit magna comi
tãte caterua: Cognoſco habitum. Ex terni partib⁹
erat: Quis nam hic eſt inq̃. Accedit me vir toga
tus: Credo me italum nouit italus: Et ludouicus
eſt hic ait dux Bauarie p̃nceps Elector q̃ tñs il
lum murũ nos ducet: At ego. mi vir: Impetra et
michi tranſitũ ſi q̃d iuris habet cõmunis inter nos
patria: Faciã inquit ille: Vixqꝫ locuti era⁹. cum
põtibus dimiſſis. ludouicus ingreſſus eſt. et vna
ſecũ quãplures alij. quos ianitor nominatĩ appel
lauit: Ego vt explorator ſub pallio p̃ncipis qui
ludouico hẽbat vn⁹ ex Brandeburgenſ Marcch
ionib⁹ viſus ẽ latitãs intraui: Illic florea prata
riui cũ lacte. tũ vino currẽtes. frigidi fontes. la
cus piſcibus pleni: Balnea ſuauiſſima denſi luci

Vineta ſemper vuis onuſta. Arbores perpetui au
tupni. Quales hortus heſperidum vel pheaces
habuiſſe credūt. Poma quoꝝ ſolo paſcaris odo
re per ſiluas fere māſuete. captu faciles volucres
et eſui et cantui nate. Unicus eſt apud ethiopes
lotus eliotrapeza nūcupatus opiparis epul̄ ſem
per ēfertus q̄b⁹ indiſtinctum oīes veſcunt̄. Apđ
quē lacus tenuis laticis hauſtu ſalubrim⁹. Hic
plurima ſunt hmōi loca mēſe ſub arborib⁹ para
te gēmatis vaſculis. paterilq3 aureis onerate nul
lum falernum compari vino poteſt qđ ex vino ſax
o illic manat mella paſſim fluūt. Arūdineta ſuc
caro plena. omne genus aromatū ex arbore cadit
Auri et argenti in exhauſte minere lapilli precio
ſi tamq̄ⁿ cereſa in nemoribus pēdent: Venuſte pu
elle elegantesq3 iuuenes perpetuas ducūt coreas
Quicq̄ musicum eſt illic reſonat: Nō tam volup
tuoſam ſuis ſequacib⁹ paradiſum machometus
ēpromiſit q̄ hic vidiſſes diſpēſatoēs huc et illuc
diſcurrebant bachus Ceres et venus: Silua nric
tea concubitus admittebat: Iam ego ex pallio ꝓ
dieram cupidusq3 videndi per medias letancium
turbas ibam ſecurus: Cum vegius poeta lauden
ſis me aggreditur ⁊ O inq̄t Enea quo huc pacto
veniſti. Amplexus amicum. Expoſui caſum Tum
ille: Voluiſſem te vocatum fuiſſe. Nam hic preter
iuſſum here nemo manere poteſt Illa ſi te viderit

mox iubebit expelli: Tũ ego. Que nã eſt hec dña
cui⁹ exſpectatˀ vocõ: Vera fortunã rñdit Vegius
cuius munẽ oĩes qui ſum⁹ hic feliciter viuimus
Illi totus obedit orbis quicquid hec iuſſit factũ ẽ
Tũ ego Ergo tu ex felicib⁹ vnus es qui ſolebas
eſſe ꝙ̃miſer Sum inq̃t Vegius Dilexit me tãdẽ
hec dña ſummiqꝫ põtificis ĩn grãm conciliauit ca
nonicumqꝫ baſilice ſancti petri fecit: Va inꝙ̃ ego
iam incipiã colere tuã dñaꝫ ſi quos bonos euehit
ego ſepe in eam inuectus ſum. ꝙ malis bonam et
malam bonis eam videbam Scis ꝙ̃ bonus fuerit
Socrates nũꝙ̃ illi arriſit. platonẽ qui fuit phõꝝ
maximus in ſeruitutem redegit: Pictagoram ſep
vagari compulit Ciceronem ꝙ̃uis ex rẽthore cõſu
lem fecerit in manus tamen poſtmodum inimi
corum dedit et Antonij gladijs interemit: Scipi
onem in exilium miſit Fabricium in catino terre
o ſeu ligneo comedere fecit Priscum Cathonem
paupertate grauauit. ſibi vt manus conſciret alte
rum iuſſit: Aſpice viuentes: Quid Juliano Car
dinali ſancti Angeli tot virtutibus ornato repen
ſum vides: Quid Johanni ſancti Petri Johanni
ſancti Calixti Ac Johanni Tarentino eiuſdem
ordinis viri Quid eſt hijs quod vel probitati vel
ſciencie correſpondeat: Quis dicere poteſt: Gaſ
parem Cancellarium ꝙ̃uis ducem ſibi cõiugem
copulauit dignas laborum retribuciones tuliſſe

Qui iam trium Ceſarum Cancellarius fuit: Vil
helmus de lapide miles inſignis non minus lraꝝ
q̄ armorum ſcius qui mundū virtutis agnoſcen
de cupidus peragrauit. Quid ſuis meitis dignū
eſt aſſecutus: Campiſius nr̄ phīa plen⁹ qui ſedis
apoſtolice ſeruicijs etatem ſuā conſecrauit: Pau
peior codro eſt: Vnicus miles ē aut ſi comites ha
bet vix quatuor ſūt. procopius bohem⁹ in curia
ceſaris qui litteras amet colatq; indocti tam̄ atq;
hebetes ſibi preferuntur. Nolo referre quos aſi
nos viderim exaltatos ſuper cedros libani qui e
tiam hodie florent homīēs ſine litteris elingues
ſine ſenſu. vix manus dextra quot habet digitos
norunt: Securius eſt mortuos q̄ viuentes carpe
Quid tetrius aut horribilius monſtrū nerone
fuit. Quid tiberio ſceleratius hijs tamē imperia
q̄ veſpaſiano et tito pijs ceſaribus diuturniora
fuerūt. Quid domiciano turpius beſtiam tn̄ illā
mundi ceruicibus īminētem pluribus annis ptu
lit orbis iouinianū quia religioſus clemenſq; fu
it oppreſſum fumo carbonum mox amiſit. Quot
criſpin⁹ villas erexit monſtrum a vicijs nulla v̄
tute redemptum. Spado claudij. Neronis pophi
des tot diuicias poſſedit vt edes ſuas ornatiōēs
et ampliōēs capitolio conſtrueret. Gabrinus cre
monenſis. vij. dnōs ſuos interemit quibus in fetī
da ſepultis cloaca dn̄atum ſuſcepit: Nō poſſum

virulentem aliquem non tangere: Patrem philip
pi ducis qui nūc burgundiam tenet in preſencia
regis francie prepoſitus parisienſis ſecuri ꝑcuſſit
is nunc in prouincia quietiſſimam habet vitam
pinguibus agris donatus: Hic tamen et homici
dium fecit et publicam fidem fregit quam miſer
ille ſecutus fuerat: Hec michi bilem ſepius cōmo
uerīt: At poſtq̄ꝫ te viꝝ probū et doctū iā fortūe blā
dimētis video delinitū fio mitior illi puto; non te
ſolū ex bonoꝝ numero gratū eē huic matrōe: Sꝫ
duc me oro vt illā intueat᷑ Ita ē inq̄t vegi⁹ plures
boni ſūt in hoc cōuētu q̄ꝫ mī nō arrogo qđ tu nomē
das: Scio me pcī reū eē īdgnūqꝫ ḡdu meo: Sed
ita placitū eſt tū fortūe tū meo pōtifici. atꝫ vt ag
noſcas bonos q̄qꝫ huic dn̄e ḡtos eē audi me pa
tūp: Nolo cōſtātio magno nec troiano duobuſꝫ
theodoſijs. ipſiꝫ p̄mo auguſto q̄nta felicitas arri
ſeit q̄a ꝓbi fuerīt nē dſputarē ad viuos vto: quid
tuo ceſari religioſiſſimo: Quid ĩmo pontifici ſcīſ
ſimo. Num me blanda fortuna oſtendit regem
aragonum quis eleuauit niſi fortuna: Quis du
cem clocestrie magnū fecit: Quis colonīē ꝛ tre
uerēn āntiſtites magna eſt horū virtus et tamen
fortune flatu ſunt ſublimati: Dicēt maguntin⁹
meū genus erexit me. Hic et ſaxones et bauarie
duces dicere poſſent tamquam nichil in eis for
tuna fuerit operata: Sed quis eos tam alte naſci

fecit niſi fortuna. Pōterat hec ſi voluiſſet reḡ hiſ
panie vel Anglie me loco ſupponere. Nulla virtu
te nr̄a ſed caſu generis nanciſtim² claritatem. q̄ ſi
plures ſunt virtuoſi quos fortuna preterit nemo
iraſci debet poteſt em̄ hec dn̄a que ſua ſūt bona cui
vult elargiri homīēs in mūdū non ad opes poſſi
dendas aut pfruendas delicias. Sed ad labores
naſcuntur. Viuēq; in terris nō tamq̄ incole ſ3 vt
aduene peregriniq; debent futuraq; priām p opa
virtutis inquirē. In magna vero fortuna non fa
cile virtus repit: Quod aiaduertēs: Theban⁹
ille ph̄us ingens auri pōdus in mari coniecit vt
expeditiorē ſe traderet ph̄ie. xp̄us ſaluator deusq;
noſter diuicias tamq̄ ſpinas et tribulos docuit
fugiendas. eius diſcipuli paupertatis amatoēs fu
erūt victum et veſtitū habentes hijs contenti erāt
Nec iheronimus q̄uis doctiſſim⁹ in tenui gaza
fortunā accuſauit quia non illam dn̄ām ſ3 xp̄m
dn̄m ſequebat̄ tranſitoīa pro perpetuis ſpernēs
Anthonius abbas quod fortuna dederat ſpōte re
iecit. Quod ſi ſane mētis eſſem⁹ odium pociuſ q̄
fauorē appeteremus fortune: cuius blandicie maxi
mū pſtant impedimentum ad eterne vite conſecu
cōēm. Rarusq; eſt et coruo rarior albo qui et fortu
nam ſit̄ et iter in celum ſequi valeat: Sed comp
mo me ne huic dn̄e videat̄ detraxiſſe cui⁹ amplex
ib⁹ iam delector: Tu tn̄ caue ne ꝓpriū vl̄ alios

quos nominaſti virtutis amatoris dicas expertes
fortūe Nec em̄ vel cardinales vel milites eſſēt vel
generoſi n̄ fortūa iuuiſſet: Solus campiſius eſt
ex quo nichil ſuū poteſt fortūa ēpetere: Sz eam⁹
ſi ſtat ſentencia ꝓpius videamusq3 dn̄am iſtā reg
noꝝ atq3 imperij motricem. Eamus inq̄ ego ꝛ ſi
forſitan hoſpes inuiſus ero vix q̄tū velox ex arcu
ſagitta volitās currit vie confeceram⁹ Cū apphen
dens regius dexterā meam reſpice inquit dextror
ſum Enea Ibi michia eſt dn̄a. Tentoria illic pur
purea erant margaritis ornata Que centū iuge
ra cooperiebāt In medio ſolū erat per altū lucēs
clari⁹ ſmaragdis: Miri preterea lapides ebur ſol
ui neſciebant Sagada gēma que in ꝓfūdo eufra
tis. Carine nauis ſe ſolet adnectere. iocundiſſime
virens: Mirrhites coloris mirre. qui ad calorem
attritus nardi odorem ſpirat. Mitridas que ſole
percuſſa varijs euricat coloribus. Tum pirites q̄
ſe teneri non ſinit vehemencius Chalachias gran
dinis candorem pferens Echites vipereas habens
maculas: Dionſias qui ſui natura fuſcus ē mix
tus aqua ſi conteratur vinū flagrat Solis gēma
per cādida ad ſpēz fulgidi ſideris: Veneris crinis
qui ruforꝫ crinīū faciem prefert Selenites fulgo
re cādido trāſlucēs. Pyropus qui flāmas imita
t Meconites papauēa exp̄mēs. Mirmites reptā
tē formicā. Calcoptongos vt era pulſata reſonās

Siderites certis maleficijs incõtatus diſcordias
excitans ſimilis ferro. Flogites qui intra ſe quaſi
flammas extuantes oſtentat: Antracias vt ſtella
coruſcans: Enhidros exſudans vt clauſam in eo
putes fontaneam ſcaturiginem: Melochites ara
bicꝰ craſſius ſmaragdo virens. infantum periculis
reſiſtens. yris in mari rubor repta que aeris reper
cuſſu celeſtis arcus ex ſeſe ſpeciem iacit: Andrada
mas nitoris argentei animoꝝ calencium impetus
molliens et tumẽtes refrenãs iras ⁊ ↄtra moleſti
as neruoꝝ vtilis. pederos. aſpectu eburneo et gra
ciaꝝ conciliator achates: Incredibile eſt gẽmarũ
que illic plucẽt ſi quis referat multitudinẽ: Ipſa
fortuna grandis matrona duplices aſpectꝰ nunc
blando vultu nũc terrifico: Veſtibus auratis gem
matiſqꝫ alciorem thorũ tenebat oculis grandio
ribꝰ: Sed plerũqꝫ clauſis in auribꝰ ceras vidi il
la de naue petitas que: Siculos cãtus effugit re
mige ſurdo. Caduceum in manũ tenebat. In dexte
ra eius dñatꝰ ſedebat. honor. fauor ſplẽdor. gaudi
um. officiũ. faſtus. riſus. amor. cõiugiũ. vigor. ru
bor. decus. cãtus. potus. Nec minori loco. fama.
gloria. victoria. nobilitas. reuẽncia. pax. leticia. po
tencia. forma. laus. gracia. ſuauitas. iocunditas.
hylaritas. dignitas. elacõ. pompa. preſtãcia. fami
liaritas. clientela. rapina. vlcio. Superbia: libido.
arrogancia. obliuio. nupcie. conſolacio: Ad pedes

eius quaſi ãcille ſiue pediſſeque: Diuicie. pecuni
e. delicie. blãdicie. voluptateſꝫ. ſtabãt arreptis au
rib; ſi qd hera iuſſiſſet auditure factureqꝫ In ĝmi
ne vero locoqꝫ decliui. ſelle plurime cernebantur
orcheſtra tecte. v̓ plurimas vmbras ſedere cõſpexi
Perlucebãt eñi corpa ſedẽtiũ q̃uis pallida erãt
Verſuſqꝫ ad vegiũ Qui ſũt hij obſecro ſedẽtes vi
ri tuẽncia digni ſubtriſteſqꝫ: Hij ſũt inq̃t Vegiꝰ
quos hec dña ab inicio naſcentis mũdi dignata
eſt magnos facere ꝫ iam fatis functi huc venerũt et
vt q̃ꝫ maior fuit ſic fortũe ꝓximior eſt. nec ꝫ ex v
tutib; locus dat̃ ꝫ ex felicitate: Primus h eſt Au
guſtus Ceſar diuum genus qui aurea cõdidit ſe
cula. quiqꝫ ſuper garamãtas ⁊ indos protulit im
perium. Alexander ſecundus eſt: Tum Julius Ce
ſar poſt Scipiones duo Inde Pompeius: Alius
quem vides luſcum hanibal eſt Tũ Fabius max
imus. Emilius. Paulus. Marcellꝰ. Alcibiades
temiſtocles. Priamus. Hector. Agamenon. Ach
illes. Vlixes. Dariꝰ. xerſes. Ninꝰ: Preterea mlt
tos Ille quẽ vides ſigno crucis munitũ Conſta
tinꝰ eſt. hũc ſeq̃t Cõſtãciꝰ. Cõſtans. Cõſtãtiꝰ Va
lentinianꝰ. Theodoſiꝰ. Sunt et iuniores. Caro
lus magnus Pipinꝰ. Arturus. mitto vetuſtiores
Sigiſmũdũ cuipe noſti ⁊ Albtũ generũ q̃ poſt ſo
cerum nõn diu regnauit Fortũamqꝫ tum ſcdam
tum aduerſam expertus eſt Hic Albertus ex duce

Rex factus hungariã bohemiãq; recepit. nec diu
poſt imperiũ eſt aſſecutus: vt tam̃ cito creuit. ita
cecidit repẽte. vix annis tribus regnauerat: Cum
morbo abſumptus ſpm̃ deo reddidit: Tum ego.
quo nam modo inquã felicitatem recipis: Ego a
pud. iuuenalem legi. neminẽ malum eſſe felicẽ
Ex hijs quos nominaſti peſſimi plures fuerunt
Scis ꝙ hanibal ſeuus ꝙ fallax ꝙ cupidus fuerit
tu tñ hunc felicem dixti: Ad hec vegius. nõ vt ſa
pientes nomẽ felicitatis ſuſcepi: Sed vulgi mo
rem ſum ſecutus: apud quod felix dicit̃ cui pluri
ma ex ſentencia veniũt ſiue bonũ eſt ſiue malum
qd optant: Item ego: Non eſt michi regi de mor
tuis cura. viuos rogo michi oſtẽde: Reſpice inqt
vegius illã plagam: Vides ne iuuenem albis co
mis. planiſq;. non dum ãnos triginta natus eſt
ratus in ore riſus: grauis inceſſus: viro ṽba pau
ca: pudor ante faciem: longo vultu: ſtatura pluſ ꝙ
mediocri: lato pectore video inq̃: Sed quis eſt:
herus tuus fredericus ceſar inquit vegius: tum
ego: agnoſco dñm ſʒ cur is fortune refugit vultũ
Que nam verba loquit̃ dña Audio vocem verba
nõ teneo: dicam tibi Enea refert vegius. Non tã
venus ad ouem dilexit ꝙ mea dña tuũ herũ: Is
tñ refugit nec aſpiranti annuit: Vultus fortune
vt ceteris blandus eſt: Frederici oculi torui ſunt
vixq; fortunam intuent̃: Neſcio qd ſibi ſit mẽti

verba fortunē hec ſūt: Mane Friderice et te m̄ crē
de Nemō regum te felicioꝛ erit. ſi m̄ auſcultaueris
Quod ſi tu fugeris. egō etiam fugiam: Vides ne
filui. vt manum ad ſcapulas ceſaris fortuna po
ſuit Colliriumq; vult prendere neſcio an ſe capi ſi
nat. Ceſar quod ſuperi facint ſi fauētem fortunā
ſpreuerit fugeritq;: Scio morē dn̄e nūq̄ ſibi blā
dioꝛ erit. ſuperba eſt. rogari pocius vult q̄ rogare
nūq̄ vidi hanc heram tam ſe alicui blandam preſ
titiſſe. q̄ nunc eſt tuo dn̄o felix ille ſi fortunam ſe
quatur miſer ſi fugiat: Tum ego. ille proximus
friderico. qui eleuata ceruice ḡdit̄ paſſimq; ma
iorem facit Paululum fuſcus. Germanus eius
inquit. Regius Albertus dux liberalis vaſtiq; ani
mi: Cum ſeq̄t̄ patruel. Sigiſſmundus inceſſu
celer Ingenio ꝓmpt9 ꝛ manu Poſt hos vltrius
Cilaceus Comes mortal pugne mgr̄ amatoꝛ nō
tā fidel q̄ felix: Ille maturus eno grandiq; corpo
re ſi q̄s ſit queris: Vide ad pedes ibi calceus dicit
dn̄s de vualſee ego ſū. Hos ſeq̄t̄ viri preſtantes
Chimēſis Gurcēſis epi. Cancellari9 herus tuus
Gaſpar qui vt dicas min9 hꝫ q̄ mēat. Mgr̄ ca
mere. zebinger Mareſcallus Hij dilecti ſūt Norn
bergā petē ſi pecierīt In p̄ria ēmaebūt: Leonard9
Patauiēn epūs Comes de Schaurenbergh Ma
gr̄ curie Neipergh ꝛ alij pluēs Qui oēs fortune
ſūt filij q̄uis ſinguli ſuā quēat̄ ſortē Rurſus ego

Queuã hoꝝ fortunã eſt oīm bona inquit regius ſi tuꝰ herus fortūe verbꝰ auſcultauerit vaīa ſi ob audiuerit dũ ſic famur: Video pua ſtatura viꝝ. Nigro vultu letis oculis q̃ manꝰ in capillos fortūe cōiecerat: Arreptaqꝫ coma ſta tãdẽ dñã. meꝫ reſpice dicebat. Quo me fugis iã ãnis duodecim. capta es ſiue velis ſiue nol. vt me reſpicias oportet Satis michi aduerſa fuiſti. nunc aliũ vultũ prebebis reor. aut michi blanda eris. aut oẽs tibi crines euellam. Cur me fugis. puſillanimeſqꝫ ſectaris fortune quoqꝫ in eum vox erat: Viciſti fateor. nec me amplius experieris adūſam: Tum ego quis hic eſt inquam regi qui fortune vim facit: Alfonſus refert ille. Rex aragonũ. qui cum frībus apd ſtanciam captus philippo duci mediolanenſi datus dimiſſus deniqꝫ: Nouis ſe prelijs immiſcuit Adūſamqꝫ dnãm inſecutus. tm̄ inſtãdo pſeuerandoqꝫ fecit. vt victam pudore fortunam. iam in ſuũ fauorem reuocauerit: Alius quem vix tribꝰ a fortuna diſtante paſſibꝰ cernis. Burgũdionũ dux eſt et cum eo cõiunx cordata longus ille ⁊ abdnẽ tardus qui vix vocẽ exprimit inſubribꝰ pẽſt huic hera ſepius arriſit ꝫ nõ audiuit vt par erat dñe vocem Ideo minus agri poſſidet. minuſꝫ poſſidet niſi minas fortune nature liberalitas confregiſſet Ille in armis letus iohãnes eſt vayuoda trãſſiluanoꝝ: Cuiꝰ v̄tute fracti teucri vngariã reliqrũt

Hic riget Giſcra eſt cui⁹ armis defenſe ſūt ladiſ
lai partes Hic: Caluus Bohemus Taſco eſt vir
ſenſatus voluntate varia: Ante hunc picenniū vi
dere potes cui⁹ virtutem mirari magis ꝙ referre
poſſu⁹ Apud eum franciſcus Catuola ſtat mag̃
fortūe fauore ꝙ ſuis v̉tutibꝫ in hāc diē magnifica
t⁹ Inter hos ego matroālē habitū cernēs et que
nā inq̄ꝫ illa ē femina que ante alias tribꝫ paſſibꝫ
ꝑgens tā faſtuoſa videt̃ Hec inq̄t Vegius Veneci
a eſt que pecuniarum fortune claues habꝫ tarpei
amqꝫ cuſtodit: Alia eſt Bruggēſ Ciuitas Ter
cia Colonia Norunberga ſubinde: Argentia ſeq̃
tur: Vienna q̃ꝫ inter has ē nō vltia: Florēcia Ve
neciis proximat ſed timeo illi que pluibꝫ iā ānis
fauorem fortūe miorē ſētit Tua ſena florꝫ nūc ſed
minas neſcio quas audio Marchiona et valenci
a florēt londonie q̃ꝫ ſplendide ſūt vt vides Tum
ego video togatos quoſdā q̄ nā ſūt hij: Prim⁹ eſt
meus pontifex inq̄t Vegius num Eugeniū noſti
Proch inq̄ꝫ ego. etiā res eccleſiaſticas fortuna ver
ſat: Nō min⁹ quā tempales inquit Vegius. ex q̃
nūc ſacerdotes dn̄ari ceperūt ⁊ mūdialia potius ꝙ
ſpūalia curaē Felix poſt eū ſex ḡdibꝫ ſedꝫ inni⁹ q̃a
pn̄cipes n̄ ſequūt̃ eū Illi Cardiales ſūt tu oēs noſti
ſi vultū intueberis Tres electoēs altioribꝫ accūbūt
thoris. Pn̄arche paupes ſūt. tā latī ꝙ greci ideo
retro ſtāt Ille vidue pullatis idute veſtibꝫ que poſt

Allexãdriũ herculemq; iacent vrbes ſunt que
quondam ſplendide nunc ſolo equate ſicut iuſſit
fortuna cernũtur illa in montibus ſita. Cartha
go. altera ſuper eufraten babilon. Troia columẽ
aſie inter xanctum et ſimeontem diruta: Ille am
phionis thebe tum mater muſarum cecropis et
arcis quondam potẽs lacedemonia: Poſt ego q̃
nam obſecro illi ſunt qui ſe noſtris horrent nuſ
cere: Prior ille ſoldanus ē inquit regius cui pa
ret egiptus: Alius teucris. imperat: tercius par
this. quartus afris. ille nudus brachis tantum
indutus et armillis cui diues ex collo torques pẽ
det indorum habet dñatum: Poſt hec ad ſiniſtrã
me verti ibi pauptas ſedebat ignominia deriſus
iniurie. morbi. ſenectus. tormẽta. carceres. fames.
dolor. ſtridor. timor. pudor. odium. inuidia. deſpera
cio. caritas. bellum. peſtis. ſolitudo. verbera. nire. et
mille malorum nomina: Campi ſicientes nudi.
aut lapidibꝰ tecti: Et quidnã rogo ſibi vult hec
vaſtitas regi: Hic habitant inquit illi q̃ exalto
gradu ceciderũt poſtq̃ fortune fauorem amiſerũt
Vides ne ſublimem illam matronam ſeptẽ colli
bus quaſi pedibus ſubſiſtentẽ: Hec eſt aurea quõ
dam roma iam lutea capua eam ſequitur ſyracu
ſe proxime: Tum genua. lune piſa. luca. pariſiꝰ
inter germanos florent adhuc vrbes: Sola pra
ga ſpleudor ẽre declinat: Conſtãtinopolis tracum

caput morti ꝓpinquat: Omnia tempus domat
nec vlli fortũa perpetuo bõ eſt: Hic meſtus ſubmiſ
ſo capite Renatus ē quē fortũa ex apulie finibus
pepulit Ille thomas fulgoſiꝰ eſt qui ex ducali ſoli
o tractus in carceris iacet pedore: Hic pancratius
vnco tenetur qui ſolebat cũ omnibus. tum maxi
me Cãcellario tuo infeſtiſſimus eē Borbonij dux
ibi eſt qui regno francie dicebat leges nunc domi
nij per te mulctatus extra regiam eſſe iubetur: Vi
des ne ſenem procerũ cana et dimiſſa barba: Hic
ludouicus eſt dux Bauarie quem filius dñatu ꝑ
uatũ domi clauſũ ſeruat dum ſic loquit᷑ Vegius
rurſus in dextram feror video campum nube can
dida tectum dumq; introſpicio. Seu vera figura
fuit ſeu ficta ladiſlaum puellum diademate et veſ
tibus ornatum regijs. viſus ſum videre. plureꝫ ſe
cum in fantes ludere Petoq; Vegium Qui nam
ſunt hij nube caua circũuoluti. Hij ſũt inquit Ve
gius Quibus fortũa fauorem ſpondet: Si fato
rũ munē vixerĩt vix iſta locutꝰ erat. Vegius cũ de
a ĩ me oculis cõtorſit: Cõtractiꝫ ſupcilijs Quis
te huc accerſiuit inqt Enea Neo inq̄ ego Sȝ audi
dꝰ te viſẽdi ĩtrogreſſꝰ ſũ noli m̄ ſuccẽſere. Vidi rẽg
nũ tuũ. iã abibo: Vnũ tantũ ex te peto ſuplex m̄ vt
paucis rogatibꝫ rẽſpõdeas: Faciã inqt illa: ꝓpoē
Tum ego: Quã diu es hominibꝫ blanda Nulli
diu rẽſpõdit Item ego: Quibꝫ artibꝰ pt tuꝰ fauor
acqri. nullis inqt illa. n ſolꝰ ĩportuĩtatis rẽmedio

Quis te plus alijs retinet: Qui meum imperiū
maiori ſuſtinet animo: Quis tibi odoſior. puſil
lanimus: Quis te tute ſpernere poteſt. ſapiens:
Quando michi blandior eris. cum te vocabo. ſum
revocandus. ſcies poſtea: Quis tibi ex omnibus
viuentibus eſt acceptior: Qui me fugat. non q̄
fugit. ſatis habeo. vale. et tu vale. nec te mei greḡ
eſſe negaueris inquit fortuna: quamuis tibi nō
dederim auri montes. Nā quod pleriq; te amāt
tibiq; benefaciunt meum eſt: Retuli gracias atq;
abij. Regius ante portam me demiſit. ibi inter por
tigēcium manus turbam peregallum niuem ami
ciorem amico ⁊ parem ſibi: Michaelem ſueuum
Tum Wenceſlaum et iacobum cancellarie gleb̄
aſcriptos: Qui vt me viderūt circumfuſi percon
tabantur quid vidiſſem: Sed dum illis refero
viſum. mox ſopno ſolutus ſum: Tu vale ⁊ quid
hec ſibi velint ſagaci tuo ingenio diſcute michiq;
aperi: Iterum vale mel meum. holus Epicurei ac
pictagore legumen: Ex vienna:

Explicit epiſtola Enee poete De fortuna Ad domi
num Procopium de Rabenſteyn militem:

2036377